Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut noscant singuli opa sua. In sthe
tur autem bestia latibulum suum. et
in antro suo morabit. Ab interioribus
egredietur tempestas. et a aquilone fri
gus. flante deo crescet gelu. et rursum
latissime fundentur aque. frumentum
desiderat nubes. et nubes spargit lu
men suum. que circumdant circuitus pre
cepti. quorumque eas voluntas gu
bernantis dixit. ad omne quod precepit
illis super faciem orbis terre. sive in v
na tribu. sive in terra sua. sive in quocum
que loco misericordie sue illas iusserit invenire. An
scruta hec iob. sta et considera mirabilia
dei. Numquid scis quando preceperit deus pluvi
ae ut ostenderent lucem nubium ei.
Numquid nosti semitas nubium eius.
magnas et perfectas scientias. Non
ne vestimenta tua calida sunt. cum
perflata fuerit terra austro. Tu forsitan
cum eo fabricatus es celos. qui soli
dissimi ut aere fundati sunt. Ostende
nobis quid dicamus illi. nos quippe
involuimur tenebris. Ne narrabitur
ei quae loquor. etiam si locutus fuerit
vir. ne devorabitur. at nunc non vident
lucem. subito aer cogetur in nubes.
et ventus transiens fugavit eas. Ab
aquilone aurum venit. et ad eo for
midolosa laudatio. Digne eum in
venire non possumus. magnus for
titudine. et iudicio. et iustitia. et enar
rari non potest. Ideo timebit eum viri.
et non audebunt contemplari omnes
qui sibi videntur esse sapientes.

Capt. xxx.viii.

Respondens autem
dominus iob de turbine dixit.
Quis est iste involuens sententias
sermonibus imperitis. Accinge sicut vir
lumbos tuos. interrogabo te. et responde mihi.
Ubi eras cum ponerem fundamenta
terre. Indica mihi si habes intelligentiam.
quis posuit mensuras eius si nosti.
vel quis extendit super eam lineam.
super quo bases eius solidate sunt.
aut quis demisit lapidem angularem
eius. Cum me laudarent simul
astra matutina. et iubilarent omnes
filii dei. Quis clusit ostiis mare.
cum erumpebat qui de vulva procedens.
Cum ponerem nubem vestimentum
eius. et caligine illud qui pannis in fa
sce involuerem. circumdedi illud fini
bus meis. et posui vectem et ostia. et
dixi. huc usque venies. et non procedes
amplius. hic confringes tumentes
fluctus tuos. Numquid post ortum
tuum precepisti diluculo. et ostendisti
aurore locum suum. Numquid tenui
sti extremum terre. et excussisti
impios ex ea. vestietur ut lutum
signaculum. et stabit sicut vestimen
tum. Auferetur ab impiis lux sua. et
brachium excelsum confringetur. Ni
quid ingressus es profunda maris. et in
novissimis abyssi deambulasti. Nun
quid aperte sunt tibi porte mortis. et
ostia tenebrosa vidisti. Numquid con
sideasti latitudinem terre. Indica mihi si
nosti omnia. in qua via lux habitat.
et tenebre quis locus sit. ut ducas unu
quodque ad terminos suos. et intelligas
semitas domus eius. Sciebas tunc
quando nasciturus esses. et numero dierum
tuorum noveras. Numquid ingressus es the
sauros nivis. aut thesauros grandi
nis aspexisti. Que paravi in tempo
ris hostis mihi in pugne. et belli. Per qua
viam spargitur lux. dividitur estus
super terram. Quis dedit vehementissimo
imbri cursum. et viam sonanti to
nitruo. ut pluerit super terram absque ho
mine. in deserto ubi nullus mortalium
morabitur. ut repleret inviam et de
solatam. et produceret herbas virentes.
Quis est pluvie pater. vel quis genuit